

motu sed tamen reducibiles ad premissas. In motu enim quandoque est
 5 successio secundum inceptionem. Verbi gratia, in motu locali possibile est
 quod aliquod mobile totum simul incipiat moveri et possibile est quod
 incipiat moveri pars post partem, sicut si punctus *D* [Fig. 15] ymaginetur
 fluere super mobile *AB* ita quod pars ipsius mobilis *AB* pertransita a
 puncto *D* moveatur et pars nondum pertransita quiescat donec pertransea-
 10 tur a puncto *D*, sicut esset de virga plicabili que sic inciperet moveri. Hoc
 autem precise habet locum in motu alterationis ubi reperitur successio secun-
 dum partes quantitativas subiecti ac etiam in generatione forme substan-
 tialis materialis; in qua generatione est successio secundum partes quantitati-
 vas sive secundum extensionem, non tamen secundum partes graduales et in-
 15 tensionem, sicut est in generatione ignis. Huiusmodi vero successio assimila-
 tur quodam modo motui locali, sicut patet in exemplo nunc posito de motu
 puncti *D*, et quodam modo assimilatur augmentationi secundum hoc quod
 continue plus et plus sive maior et maior portio de subiecto movetur, vel
 quod plus est generatum de forma. Et omnis successio que in hoc reperitur
 20 aut est secundum partes subiecti aut secundum partes temporis aut secun-
 dum velocitatem istius successionis secundum quod in exemplo posito
 punctus *D* ymaginaretur moveri velocius aut tardius, et sic totum reducitur
 ad tres divisibilitates in primo capitulo assignatas. Propter quod omnis
 uniformitas sive difformitas que posset in hac successione inveniri reducenda
 25 est et continetur sub duobus generibus uniformitatis et difformitatis in primo
 capitulo iam positis.

Adhuc autem potest ymaginari alia successio, omnis enim velocitas est
 intensibilis et remissibilis. Eius vero continua intensio vocatur velocitatio et
 hec quidem velocitatio seu augmentatio velocitatis potest fieri velocius aut
 30 tardius. Unde quandoque contingit quod velocitas intenditur et velocitatio
 remittitur, quandoque vero utraque simul intenditur. Et similiter huiusmodi
 velocitatio aliquando fit uniformiter et aliquando difformiter et diversimode.
 Sed quoniam omnis divisibilitas sive successio que in huiusmodi velocita-
 tione reperitur est aut secundum partes subiecti aut secundum partes tem-

3 assignatam: ymaginatam *V* / possunt
L[*N*] / ymaginari *BL*[*AEPCNSG*] assi-
 gnari *V*[*M*] assignari aut ymaginari [*F*]
 4 premissa *V*
 5 inceptionem: interruptionem *L*[*E*]
 7 si punctus: penes [*FMPC*]
 8 pertransita: pertranseat [*FMPC*]
 9 nondum *V*
 11 precise *L*[*ENFC*] precipue *V*[*AG*] pre-
 cise [*M*] precie *B*[*PS*]
 14 sive: materie sive *L*[*E*]
 18 et² *L*[*AESG*] ac *BV* sive [*FPC*]

19 est generatum *BV*[*AS*] tr. [*FMP*] gene-
 ratur *L*[*EN*]

21 istius: ipsius *L* / posito *om. L*

22 ymaginatur *L*

23 tres: tres divisiones vel *L*

24 potest *L* / in ... successione *om. L*

26 iam *om. L*

27 alia: una alia *L* / velocitas: successio *V*

28 continua *om. V*

31 quandoque: et quandoque *V* / vero *om. V*

32 aliquando¹: quandoque *L* / et *om. V*

33 omnis *om. L* / divisibilitas: diversitas *L* /